


22





Handwritten mark or signature on a small white label at the bottom right corner.



AB

147622

00



AB 747 620



2  
OFFICIUM  
PRINCIPIS ET  
CONSILIARI-  
ORUM

*Quodnam sit,*  
Antequàm is læsus in judi-  
dicio lædentem conveniat; vel, legum  
auxilio cessante, quodnam illorum  
officium ante bellicam con-  
sultationem sit?

*Autore*

MATTHÆO STIERIO

J. U. L., Praecl. Hannover:




HANNOVERAE,

Impensis Autoris,

Typis GEORGII FRIDERICI

GRIMMI, MDCCLXXII.



  
 U  
 ber  
 caus  
 dito  
 utpo  
 bus  
 salte  
 non  
 rum  
 meis  
 nea  
 abea





AD  
BENEVOLOM  
LECTOREM.

**E**T in trivialibus Scholis, & in Academiis B. L. hac de presenti materia, similibusq; orationes nonnunquam haberi, probatione haut indiget. Quam ob causã certã spe fretus sum, fore, ut eruditorum nullus extiturus sit, dicens, me, utpote novellum Iuris Practicum viribus majora hic suscipere: cãm librorum saltem Aristotelis Rhetoricorum, nec non Dn. D. Iohannis à Felde Elementorum Iuris Universi usum in collegiis meis inter privatos parietes amicis lenè apertis monstraverim; quẽ eadem methedo à nullo unquam factum memini.

Inter cetera collegia & hoc erat: Officia Principum, Ducum & Consiliatorum circa bellum. Cujus capita (quoniam id in ingens volumen excrevit) in certas Tractationes redegei; quarum Fœderis materiam ante anni spatium, & quod excurrit, æquorum existimationi vendicavi. Ex quo autem prætereà factum, ut & hancce materiam theoreticè seu philosophicè expositam eruditorum censura submittere non dubitem, in causa sunt litera virorum & demonstrandi artificiò, & prudentiã tam in Aula, quàm in Academia quadã Clarorũ: illi sc. qui eruditionẽ cujusvis non in styli elegantia, uti Zoili, osores ac mori alioquin solent; sed in debita scientia arteq; applicandi sanam Philosophiam, quærunt. Ipse verò, qui laudis insolens auditor sum, adversus invidiososve adductos (quorum telis hæc nunc expositus sum) me ad Tractationis de Fœderibus Principum &c. Prefationem

nem refero: ubi satis causa est, quibus  
 motus in publicū ire mihi tantum sum-  
 serim. Quod autem mea qualiacunq;  
 opuscula non eo demū tēpore, quò causas  
 in iudicio patrocinando suscepi, conges-  
 serim, ū testimonio sunt, qui & me do-  
 centem audiverunt, & quorum in ma-  
 nib<sup>9</sup> Inauguralis mea disputationis præ-  
 fatio & corollaria sunt. Hoc tamen non  
 nego, me naturali quasi, illo videlicet  
 humili & simplicissimò stylò tantum  
 Juris natura studiosorum, utpote fr-  
 turorum Aulicorum, Consiliariorum  
 & Legatorum gratiā illud collegium in  
 certas Tractationes postea redactum  
 horis subcivis dilataste. Veniam na-  
 ctus à Benevolo Lectore, communem  
 lucem (modò mihi bibliopola quidam es-  
 set, cujus impensis alia prælo brevi  
 committerem) sequentia etiam bo-  
 na cum Deo adspicerent. (1) Tract.  
 de belli natura, & quomodo Princeps,  
 vel Consiliarius de ejus iustitia & qua-

litatibus judicare possit. (2) De Principis & Consilarii officio circa consultationem in genere, & in specie bellicam de pecunia ad bellum gerendum necessaria: Regionis custodia &c. (3) De Principis & Consilarii officio circa Ducem militarem, caeterosq; Officiales, vulgò Officere eligendos, (4) De Principis & Ducis officio circa exercitum militumq; conditiones & qualitates. (5) Enthymemata, quibus Princeps & Consilarii in consultationibus, in specie bellica, nec non Duces &c. militibus suis in acie animura addicuri uti possunt. H. e. propositionum Arist. in lib. Rhet. illustratio cum usu politico. (6) peritissima contractuum & delictorum prima principia b. e. genuina de actionum humanarum principis doctrine expositio, lectioni Criminalistarum Doctorum, Constitutionis Carolinae Regum, Electorumq; &c. militarium iurium, vulgò der Kriegs-Articuli à futuris Advocatis, Iudicibus tam militaribus (qui vulgò. *Auditeurs* appellantur) quàm ab aliis praemittenda. Nisce me tibi B. L. commendo. Vale, fave

Tuo

MATTHEO STIERIO  
JUL.



§. 1.

**C**um, per hypothesin 5. Ethicor. Arist. cap. de aquo & bono 13<sup>o</sup> is læsus æquus bonus sit, qui non urget Jus summum ad iniquam partem, quique mavult ad Arbitrum, quàm ad Judicem ire: Inde ij etiam Ethnici æqui boni dicendi sunt, quibus amicabilis compositio vel ante susceptum judicium, vel in judicio cordi fuit. Quidni Imperii Romano - Germanicæ Principes, cæteris tamen non exclusis, qui & Christiani videri, & esse jactitant, æqui boni dicendi sint, si Ethnicorum imitatores existant? ij autem Christiani Principes, qui sapientes Ethnicos imitantur h. e. ductum rectæ rationis sequuntur, sequentibus modis procedunt.

§. 2. Læsi Principis finis est suum obtinere, id scil. quod sibi deberi videtur

A 4

Quid

Quid autem per τὸ *obtinere* denote-  
tur, vide *Observationem meam* 1. *Tract. de*  
*Principum, aliorumq; Imperij Statuum Fæde-*  
*ribus.* Quò fine positò, de mediis vel  
Princeps, vel Consiliarius sollicitus est  
consultando. Quomodo autem? Est  
scil. consultare quando proposito fine eli-  
gimus media ad finem ducentia, eaque  
idonea, & quidem tamdiu, donec ad id  
perveniamus, quod est in nostra potesta-  
te. *Arist. lib. 3. Eth. 3. & lib. 6. cap. 6.*

§. 3. Quærit Princeps, vel Consilia-  
rius: Fine isto positò: quodnam ejus-  
dem idoneum medium est? Resp. (per  
*hypothesin 8. Eth.*) amicabilem compositionem  
suadere.

§. 4. Per quos autem amicabilis com-  
positio primùm tentanda sit, Princeps,  
vel Consiliarius quærit? Resp. per Le-  
gatum, eumque idoneum, sive per eum,  
per quem hostis flecti potest.

§. 5. Quærendo, sive (per *hypothesin 6.*  
*Eth 9. ubi consultare est querere & ratiocinari*)  
deliberando pergat: Quinam autem Le-  
gatus idoneus haberetur? Respondeo *seq.*  
*modo:*

modo: *Ut Legatum comem (a)*  
*Princeps ad hostem ableget,*  
*eumq; sanguinem (b) consul-*  
*tius est, quàm morosum, vel*  
*cholericū (c) vel eum, qui ho-*  
*sti odio fuit, vel adhuc est (d).*

(a) Ratio est: cū Legati officium sit  
 illum, quem hostem metuimus, à præcon-  
 cepta opinione flectere, eumq; in Princi-  
 pis partes trahere; quod à come sanè fit (1)  
 solidis enthymematibus, q̄ in Tractatu meo  
 exposui, qui inscribitur: Enthymemata, quibus  
 Princeps & Consiliarij in consultationibus tam  
 bellicis, quàm aliis, nec non Duces, aliq; Officia-  
 les militibus suis in acie animum addituri ut  
 possunt. (2) debita eloquentiâ, per dedu-  
 ctionem in Elem Jur Vniv. Dn. Johannis à Felde  
 pag. de Jucundis homini quatenus est substantia  
 intellectualis 494. §. 6. ubi scil. eloquentes  
 amabiles esse, probatur.

(b) Per hypoth. Physicam in Elem: J. Vniv.  
 pag. 530. §. 5. Hi enim revera comes sunt;  
 quippe qui ad aliorum joca in Aula &c. exci-  
 pienda,

pienda, & adjocandum prout sunt, per ratio-  
nem phys. d. l. 9. 5. Hi autem nulli non ju-  
cundi sunt, & amantur, per 2. Rhet. cap. de  
amore & odio 4. Cæterum, comitatis  
objectum sunt congressus seu conversa-  
tiones, ita, ut quantum per honestatem  
& utilitatem fieri potest, neminem quis  
facile offendere, sed potius delectare de-  
beat, per naturam comitatis 4. Eth. c. 6. Hisce  
accedit, quod sanguinei & facie, &  
vestitu plerumque mundi sint. Et hos  
(per 2. Rhet. d. cap. 4. n. 19.) amamus.

(c) Per rationem physicam, sanguineor-  
um rationi seu causæ penitus contrari-  
am; siquidem in cholericis calor in ex-  
cessu est. Hinc fieri potest, ut unicuique  
hostis verbulum excandescat, ipseque mi-  
nus continens hostem ad iram commo-  
veat: nec consequenter finem, quem  
Legatus sibi proposuerat, obtineat, per lo-  
cū Arist. cit. n. 16. lib. 2. Rhet. 4. ubi illos, inquit,  
quorum convictus ac consuetudo suavis est, ama-  
mus. Tales autem sunt, qui faciles sunt, neque  
ad aliena peccata redarguenda proponsi, neque  
concertationum avidi, neque contentiosi. Omnes  
enim qui tales sunt (h. l. cholericis, minus  
vero

verò sanguinei) pugnaces sunt, & qui pugnans, velle videntur contraria. Cur autem melancholicus hinc excludatur, ratio facilis est: cum is, per hypothese[m] physicam in Elem. d. pag. 5. 30. §. 6. explicitam, tristis & speculabundus, adeoque hosti minùs gratus ac jucundus sit. Hoc tamen equidem dicerem, sanguineo melancholicum adjungendum esse; siquidem hic tantum ingeniò valet, quantum ille nonnunquam eloquentiâ: cæteris tamen & corporis, & animi dotibus non exclusis.

(d) Per 2. Rhet. 4. n. 43. add. Elem. pag. 54 de Amore & odio. Arist. ira quidem, inquit, tempore sanari potest, odium verò non: & qui odit, alterum, quem odit, prorsus extinguere vult. Hinc ex hac hypothese[m] physica d. l. in Elem. demonstratâ, sequens propositio formari potest: *Qui Legatus in hostis odio est, ejusdem presentia hosti admodum molesta est: Et verendum, ne iste in Legato sui vindictam querat, eumq[ue]*

*Jura Gentium violando interficiat.*

6. Quærit Princeps vel Consiliarius, quid autem incipiendum, quando hostis per Legatum, uti lit. (b) præc. observ. flecti non potuit? Respondeo ex deliberationis definitione ejusq; sequentib. parenthesi hîc insertis & bis (*Et quidem tamdiu, donec ad id perveniamus quod est in nostra potestate*) quod prius videlicet medium missum facere, de quo alio deliberare debeat. Quoniam autem medium concludendi syllogismi practici hîc conficiendi amicabile composio fuit: & amicabile composio aliis etiam modis tentari potest: Inde Consilarii responsum hoc esto:

7. *Cum hostis per Legatum flecti non potuit, illum Princeps ipse conveniat, (e) nec modò*

modò eum iis muneribus affi-  
 ciat, quæ ei grata sunt, qui-  
 busq; delectari potest (f) sed &  
 ejus Consiliarios, (si salva Principa-  
 lium auctoritate fieri possit,) qui in ho-  
 stis opinione sunt, donis am-  
 plissimis ornet (g)

(e) Cùm, per 2. Rhet. 4. n. 25. quisque  
 amet similes sui, sequitur, quod & Prin-  
 cipes ratione alicujus boni fortunæ, quod  
 præ cæteris hominibus commune habent,  
 quatenus videlicet Principes sunt, se in-  
 vicem ament; de qua hypothese 8. Eth.  
 de amicitia in alio Tract. prolixius egi.  
 Add. Elem. Jur. Univ. pag. 544. Quamvis  
 hoc in thesi per suam causam universaliter  
 procedat; in hypothese verò regulariter;  
 nihilominus ex contingentis ut plurimum na-  
 turâ, lib. 5. Eth. cap. de æquo 10. expositâ, de-  
 duci potest, quare Philosophus proposi-  
 tionem suam, quod videlicet quisq; amet  
 simili

similes sui &c. sic limitet: nisi scilicet eorum alter alteri obstat &c. Quoniam h. l. aliud bonum, quod æque Princeps, ac hostis vult, illi bono advertatur, ob quod Principes amici sunt: propterea Aristotelis propositio in hypothesis minùs procedit, quàm e jusdem limitatio. Ut autem hoc evertens tollatur, consequenter hostis si-  
ve Princeps sui similem Principem amet, operæ pretium est, ut Princeps illum sibi reconciliet (1) se jucundum exhibendo (2) amorem erga illum declarando (3) utilem amicitiam per munera quærendo. In quibus numeris Elementorum Iur. Univ. consequenter Rhetor. &c. Aristotelis libb. ulum monstrare liceat. **I. jucundum seu voluptas** Aristoteli x. Rhet. cap. de Rebus jucundis xi. est motio quedam animi & sabbita & quæq; sensu percipi possit in statu nature convenienti constitutio. Est igitur Principis hac in re explorare, quibus modis hosti jucundus existat. Hos autem modos per debitas causas Dn. à Felde in Elem. Iur. Univ. pag. de colenda & jucunda amicitia 492. §. 3. sic exponit: **Conveniens**

veniens ergò erit, naturam hominis (b. l. hostis) contemplari, & secundum singulas ejusdem nature partes, quid, quibusq; congruum sit, tradere. Ita enim plerq; promovere poterimus, quibus homo homini jucundus redditur. Nam operatio bona est, quæ cujusq; nature & substantia conveniens est. Si ergo fiat, quod nature cujusq; conforme est, percipiet alter in se bonam operationem, cujus is, qui, quod natura congruum facit, principium est. Et hoc modo (Princeps) jucundus dicitur. Ut autem jucundus in ipso congressu, colloquio & discessu sit ratione formæ externæ, etiam necesse est, per deductionem in Elem. I. V. pag. de hilaritate & latitia, quæ quis jucundum se exhibet 505. ubi §. 5. Ad officium, jucundi amici pertinet hilari facie & lato ore comparere, nec querulum existere. Vide ibi rationem. Ex cujus propositionis ratione Princeps ad discet, quod non statim querelas à Legato suo antea propositas explicare, sed alios hosti haut ingratos discursus movere debeat; quod fit nova recitando, vel de iis differendo, quæ vitæ generi potentium conveniant, per deductionem in Elem. I. V. pag.

pag. 494. de jucundis homini quatenus est substantia intellectualis §. 4. & 7. Et is in primis Princeps hosti jucundus fit, qui eloquens est, per §. 6. d. l. in Elem. ita tamen, ut potentis signa edat, quæ inter cætera 2. Rhet. de Moribus potentium 17. n. 4. sunt, dum se videlicet modicè gerit, placidam quandam & decoram gravitatem ostendit. Qua de causa virtutum homileticarum studiosus sit oportet. Cùm autem virtutes (per 2. Eth.) nobis innatæ non sint, sed assuefactione parentur: debita educatio Principis prærequiritur. per pag. in Elem. Iur. Univ. de neglectu educationis & assuefactionis 608. Cæterùm, tempus de rebus alioquin convenientibus differendi observandum quoque est, per 2. Rhet. 4 n. 23. Et eos, sc. amamus, qui non adversantur iratis, neq; studiosè ac seridè aliquid agentibus. Ad quem locum respicere videtur alter Aristoteles Dn. à Feld. in Elem Iur Univ. pag. 496. §. 10. Est ergò ejus, qui jucundus alteri esse vult, observare occasionem, ad quid narrandum hoc vel illo tempore sit pronus &c. Jucundus insuper Princeps hosti fit, dum se hujus mori-

moribus accommodat, & habitum culo-  
 tumque ejus imitatur. h. e. Wenn der  
 Fürst seine Leute / die er mit sich nimbt /  
 in solcher Art der Kleidung erscheinen  
 läßt / als der andere Fürst an seinem  
 Hofe hat / welchen er sonst als einen  
 Feind fürchtet / und durch seine Gegen-  
 wart begünstigen unnd gewinnen wil.  
*Ratio in Elem. d. pag. de Testimonis bona ope-  
 rationis jucunditatem parientibus 502. §. 5.  
 hæc est: Nam imitator qui est, tacite appro-  
 bat tanquàm benè gesta, quæ alter agit: & ita  
 hujus tacito testimonio alter sentit, se benè ope-  
 rari: nemo enim id, quod improbat, imitatur.  
 Hoc ipso suum erga Regem declarant amorem  
 ipsiusq; captant benevolentiam Galli, & nos  
 rursus horum: dum illi Regis, nos illorum culo-  
 tum habitumq; corporis imitamur. Quin  
 hosti etiam jucundus fit, dum hujus ne-  
 gotia, vel hoc, vel illud ipsi se paraturum  
 esse promittit, quod alioquin paratu ho-  
 sti difficile est. Rationes varias vide o-  
 mninò in Elem. Iur. l' niv pag. de Iucundis ho-  
 mini, quatenus est substantia & quidem mobi-  
 lis*

*lis 493 §. 3. Quod ob spem rei futuræ  
 ipsi jucundus reddatur, videre est 1. Rhet.  
 11. n. 11. ubi dicitur, quod ij, qui sperant, vo-  
 luptate afficiantur, add. Elem. Jur. Univ. pag. de  
 jucundis homini ratione appetitus & phantasia  
 496. § 3. verbis: Quae de causa jucundus est,  
 qui de obtinendo aliquo bono, quod quis appetit,  
 spem excitat. Nam hic (Princeps) in appe-  
 tente (hoste) representat bonum, quasi appe-  
 tens jam habeat. Et unâ bonitatem ejus,  
 quod appetitur, extollere debet. Ratio  
 ibid. §. 4. hæc redditur: Nam hic (Prin-  
 cept) reddit appetitionem in appetente jucun-  
 dam. Nec recordatio unius, vel alterius  
 rei, vel hostis amici cujusdam ipsi inju-  
 cunda est per d. 1. Rhet. 11. n. 11. verb: Quan-  
 do autem voluptate affici in eo positum est, ut  
 motus aliquis sentiatur phantasia autem imbe-  
 cillus quidam sensus est, & phantasia quaedam  
 comitatur eum, qui recordatur, aut sperat: hoc  
 posito, constat, eos, qui recordantur, sperant vè,  
 voluptate quadam affici: quodammodo enim  
 ea sentiunt. Itaq, (per n. 12.) necesse est omnia  
 suavia ea delectare, quod aut presentia sentian-  
 tur, aut habeant in memoria, cum jam præterie-  
 rint*

vint, aut spe precipiantur furura. Idem deducitur in Elem. I. V. pag. 496. §. 6. Princeps se etiam jucundum præbet, si sui & hostis amici defuncti mentionem facit, per d. I. Rhet. II. n. 2. verb: Luctibus quoq; & lamentationibus adjuncta est naturalis quadam voluptas. Nam cum molestum sit non esse amplius eum, qui lugetur: jucundum est ejus recordari, eumq; quodammodo intueri, & que faceret, & qualis esset. Hoc in Elem. I. V. univ. d. I. §. 6. per causas etiam probatur. Principi hac in re etiam incumbit, ut hostis defuncti amici mortem sive placidam, sive violentam exponat, inque illo misericordiae affectum excitet; vel suum infortunium explicando istam lenem reddat. De Misericordia quod dixi, hypothesis physica est in Elementis Jur. Univ. pag. 59. §. 2. quæ omninò videatur. Est autem misericordia 2. Rhet. §. egritudo quadam emorta ex eo, quod malum esse videatur, aut interitum, aut molestia adferenda vim habens, ei, qui tali sorte indignus sit: quodq; tale est, ut id nobis quoq; aut alicui nostrorum evenire posse arbitremur: idq; si ejusm. malum propinquum esse videatur.

Ex

Ex hac definitione Princeps sermonis sui dispositionem sumit; quæ in hisce tribus consistit [1] num Princeps aliàs misericors sit? [2] quomodo hîc ad miseratîonem moveri possit? [3] quanam de causa? Ad hæc tria membra d. cap 8. Arist. propositiones omnes referri, eæque ex definitione positâ demonstrari possunt. Quoniam (per 8. Eth. & 2. Rhet. 4.) duo amici quasi unum quoddam sunt: & molestia vel amici interitus, vel malum, quod perpeffus est, eum non sui ipsius, sed amici causâ excruciat, per def. amoris 2. Rhet. 4. verb: *eius causâ non tuâ.* It. n. 4. ibid: *His autem positis, necesse est, amicum esse eum, qui unâ gaudet bonis, doletq; adversis alterius; nullam aliam ob causam, nisi propter illum.* Hînc Principis hostis phantasia defunctum amicum, vel malum aliquod ipsi illatum sistit, ipseque idem quodammodo sentit, ejusque sorte indignum dolet, per def. misericordie. Nam (per demonstrationem in Elem. d. pag. 59. §. 2.) hic affectus quodammodo participat de metu, quatenus cum phantasia imminentis mali conjunctus est &c.  
Hinc

Hinc videmus maximè misericordes esse, qui præ  
 ceteris humida frigidaq; complexionis sunt &c.  
 Jam v. hostes irâ comoti calidæ comp'lexi-  
 onis sunt, per demonstrationem in Elem: pag.  
 530 §.8. Quod Princeps alterum, quem  
 hostē meruebat, lenē alio quoq; modo fa-  
 ciat, ex d. 2. Rhet. cap. de delinitione 3. n. 23.  
 verbis probatur: placamur etiam, cum is,  
 cui irascebamur, in majus aliquod malum inci-  
 dit, quàm nos ipsi ei adferri voluissemus. Qua-  
 si enim nobis pœnas dedisse videtur. Adde  
 rationem physicam in Elem. I. V. pag. de delini-  
 tione 51. §. 15. 16. & in specie ibid. d. Arist.  
 propositio implicite sic demonstratur:  
 Nam appetitus quodammodo deceptus, quasi à  
 se sumpta sit pœna, desinit movere calorem.  
 Discursu secundum hæc fundamenta ha-  
 bitò, sperandum est fore, ut alter Prin-  
 ceps hostilem animum abjiciat, sui que si-  
 milem Principem amare incipiat. Ex  
 quibus fundamentis planus est Autor  
 Militärischer Erinnerungen pag. 43.  
 Ehe man gegen seinen Feind einige  
 Feindseligkeit sehen lassen wil / so sol  
 man ihm zuvor die möglichsten Mit-  
 tel

tel zum Frieden fürschlagen / und lieber  
 etwas über sich ergehen lassen / als die  
 Sache auff die Spitze stellen / auch  
 auffn Fall sich zu einem Ge-  
 spräch anerbieten. De quo me-  
 dio hinc agimus. Dergleichen thät Cäsar,  
 denn er schlug dem Kahl zu Rom und  
 Pompejo die möglichsten Mittel zum  
 Verträge vor / damit ja Blutvergies-  
 sen verhütet werden solte. Iul. Cæs. lib. I.  
 de bello Civ. cap. 2. Hac ipsa lit. (e)  
 pag. 41. quoque monui, quod Princeps  
 evertens ibi allatum tollat H. amorem de-  
 clarando. Is enim ab eo, qui hostis ha-  
 bebatur, amari, consequenter ei jucundus  
 esse solet, si (1) dicit, quomodo sibi ejus  
 salus cordi fuerit, eique hactenus studue-  
 rit, per n. II. d. cap. 4. Verba: Eos quoque a-  
 mant, qui aut propensi sunt ad alios pecunia ad-  
 iuvandos, aut ad eorum salutem defendendam.  
 Hoc tamen observato, quod est 1. Rhet.  
 13. n. 14. Et beneficiorum, quae accepit potius,  
 quam eorum, quae contulit, intellige, memi-  
 nisse, æquum esse. H. c. vult Philosophus  
 dicere

dic  
 be  
 ria  
 [h.  
 2. B  
 len  
 am  
 No  
 re,  
 am  
 cia  
 gra  
 Pri  
 tria  
 ne  
 obse  
 (i)  
 ex  
 fici  
 gra  
 ipsa  
 M  
 ibi  
 dic  
 si e

dicere: Cujusvis (Principis) esse, magis beneficia, quæ ab alio accepit in memoria habere, quàm ea, quæ quis apud alium [h. l. Principem hostem] collocavit. Add. 2. Rhet. 4. n. 20. Et qui exprobrare non solent neq; aliena peccata, neq; beneficia sua, i. c. amantur. Ubi hujus propositionis sensus: Non debet Princeps sua beneficia extollere, sed extenuare, si ab altero Principe amari velit. Tunc demum v. sua beneficia nimis jactare potest, quando alter ingratus est, nec recotdatur, quod sibi ille Princeps non defuerit, religionem & patriam defenderit, vel ipsum ab obsidione liberaverit. Inter cæteros casus ex observat. 11. Tract. mei de Fœderibus lit. (g) (h) (i) & (k) quidam formari posset: nisi exempla hac in re odiosa essent. Beneficia hæc dilatari possunt per 2. Rhet. cap. gratia 7. n. 11. verba: spectatur beneficium res ipsa, magnitudine, qualitate, tempore, loco. Magnitudo ex definitionis indigentia ibidem n. 4. verbis exponitur: Egere autem dicuntur homines iis, qua appetunt, maximeq; si eis carere sine dolore non possunt. Hæc obiter

ter. [2] debet Princeps illam propositionem, quod scilicet alterius Principis salutem studuerit, amplificare per 2. Rhet. d. c. 4. n. 24. *Amant etiam studiosos nostri, ut eos, qui nos admirantur, bonosque ac cultu dignos esse censent, quique gaudent nostra consuetudine. It. n. 25. recipueque si ob ea magni fiamus, in quibus volumus ipsi aut admirationi esse, aut egregie, aut jucundi ac suaves videri. Ad percipiendum Arist. vide Elem. I. V. pag. de testimoniis bonae operationis jucunditatem parientibus 502. §. 7.* [3] Cum Princeps alterum Principem hostem iratum videt, vel eum iratum ne reddat, ea observet oportet, quae hinc & passim ex cap. 4. l. 2. Rhet. verbis: adduximus *Præterea illos, quorum convictus &c.* Majoris explanationis ergo vid. Elem. I. V. pag. de affectibus quibus quis jucundus redditur 501. §. 2.

[f] Et hoc est III. quo de lit. [e] p. 14. dicitur utilis nempe amicitia paranda; præcipue verò eo tempore, vel loco, quo hostis ejusdem: re dono offerendâ eger. Nam egerit lit. præc. [e] ex 2. Rhet. cap. 7. definitur quod sit ea appetere, maximeque si eis sine

sine  
ob  
ma  
tia p  
quæ  
Et p  
Hin  
de ijs  
§. 5.  
visus  
(g  
plebis  
rii co  
Sicu  
ita &  
tur.  
hom  
largi  
patri  
tur.  
Leg  
Sent

sine dolore quis carere nequit. Hinc  
 ob defectus supplementum Princeps a-  
 matur; quippe qui dolorem ex rei caren-  
 tia proveniente[m] [qui Ciceroni Tusc lib. 2.  
 quest. 2. est aegritudo crucians] illi eripitur.  
 Et potentes equis etiam delectari solent.  
 Hinc usus hic erit in Elem, Iur. Vn. pag. 497.  
 de iis, quae ratione quinq; sensuum jucunda sunt  
 §. 5. Ubi de rerum novitate, & §. 6. de  
 visus delectatione, docetur.

(g) Fer pag. in Elem. J. U. 760. de paranda,  
 plebis benevolentia. Nam in hoc Consilia-  
 rii commune quid habent cum plebejis.  
 Sicuti enim vulgi amicitia largitionibus;  
 ita & Consiliariorum & amicitia capta-  
 tur. Vide in Elem. §. 5 d. l. Tanta namq;  
 hominū ferè multitudinis cupiditas est, ut  
 largitionibus amicitia omnis aestimetur,  
 patria nonnunquam prodatur & venda-  
 tur.

8. *Quando hostis nec per  
 Legatum, nec Principis pra-  
 sentiâ dictis modis moveri  
 B potest,*

potest, quid tunc Consilii? Respondeo  
 h. m: quod per amicum, q̄t̄  
 aq̄ Principis, ac hostis ami-  
 cus est, titillari debeat. (h)

(h) Intercessoris, utpote utrorumque  
 amici officium hoc in casu est, ut [1] neces-  
 situdinem, quæ sibi cum eo sui scilicet, amici  
 hoste intercesserit, nec minorem inter se  
 & hunc Principem fuisse, exponat; cujus  
 partes Aristoteli 2. Rhet. 4. sunt sodalitas, ne-  
 cessitudo, cognatio &c. Instituti mei ratio  
 hæc est: sicuti Legatus Principi amorem  
 & benevolentiam sub initium sermonis  
 sui conciliat: ita & Principis amicus fa-  
 cere debet. Argumenta, quæ hic adhi-  
 beri queunt, habentur d. 2. Rhet. cap. de amor-  
 re 4; quæ in Tract. meo, cujus tit. Enthyme-  
 mata, quib. Princeps & Consiliarius &c. illustro.  
 Et hoc caput toti<sup>9</sup> Rhetorices compendi-  
 um, imò caput politicum inscribi potest.  
 Necessitudine illa expositâ ratiocinando  
 seu concludendo id debite applicet, &  
 pro circumstantiarum qualitate verbis  
 hoc

hoc magnum faciat ex d. cap. 4. n. 9. Et  
amicorum amicos, scil. amamus. Vel n. 6.  
ibid. Et qui iisd. amici sunt, iisdemq. inimici.  
H. e. huic Principi, quem intercessor re-  
praesentat, hostis amicitiam parat, cum di-  
cit, quod videlicet naturale sit, ut amicus  
amici amicum amet. E. ut hunc etiam  
Principem amet &c. Enthymematis mi-  
nor adfuit. (ii) ex hoc enthymemate  
colligitur aliud n. 3. verbis: *Est amicus qui  
amat, & contra amatur.* Hæc major pro-  
positio iterum alia enthymemata suppe-  
ditat. Nam *amare d. c. est velle alicui ea, quæ  
bona arbitrare, idq. ejus causâ, non tuâ, ad eaq.  
pro viribus procuranda ac conficienda propen-  
sum esse.* Sequitur ex hac definitione  
quod, si non Principi, tamen intercessori  
Principis ille hostis [1] omnia voveat &  
exoptet. [2] hoc unicè intercessoris saltè,  
non propria causâ. [3] pro viribus labo-  
ret, ut ei benefaciat: cum & ipse erga  
eum sic operetur, & pro viribus propen-  
sus sit &c. (iii) Connectendo, bellige-  
randi scil. causam cum quadâ demiratione  
ab hostis, alioquin amici sui parte exte-

nuet; malum sibi etiam imminens dilatat per d. c. 4. n. 4. ubi: *His autem positis, dicitur, necesse est, amicum esse eum, qui unum gaudet, doletque, adversis alterius nullam aliam ob causam, nisi propter illum.* Dispositionis meae connexio hæc est: Princeps h. l. ex præcognitis progreditur. Nam quando probatum est & Principem, & hujus hostem sibi amicum esse, concludit, quod idem malum sentiat, quod amicus, amici sui hostis inferre studet. Hoc malo se dolere amici causâ, per n. 4. d. cap. 4. inferat. (iv) Et, si amicitiae rationem amplius habere nolit, eamque hoc ipso tollere velit, ut ne Ethnicis deterior sit, roget: cum ipsi honestatis studiosi fuerint. Argumenta huc pertinentia habentur i. *Rhet. cap. de honesto* 9; quæ exemplis historicis adornet, à minori ad majus, ab Ethnicis ad Christianos concludat, illorum causas exaggeret; præsentem autem iterum deprimat. Illud 9. caput in *Enthymematibus*, quibus Princeps, vel Consilarii uti possunt, etiam exposui. (v) Sed, se sperare, fore, ut ab hoc minus justo, laudeque digno

gno conatu &c. desistat: cum & velit, &  
possit: Nam *axioma practicum* h. l. 2. *Rhet.*  
cap. de possibili & facto 19. hoc est: *Quod*  
*quis vult ac potest, illud facit.*

Hoc *velle* ex antecedentibus amicitia,  
consequenter amoris affectionibus pro-  
bet, addito numero 5 d. cap. 4. Omnes enim,  
Philosophus inquit, gaudent, cum ea eveni-  
unt, quae volunt, dolentque cum contraria: ut  
inolestia ac voluptates signa sint voluntatis.  
Idem est, ac si dicatur, quod amicorum  
sit idem velle ac nole. Alterum, velle nem-  
pe ex n. 15. d. c. 4. probatur, ubi: Hujusmo-  
di autem sunt, qui virtute praestant, tum ii, qui  
bona existimatione sunt, aut apud omnes, aut  
apud optimos, aut apud eos, quos ipsi, quive ipsos  
admirantur. Bona autem existimatio  
quid sit, definitur Aristoteli 1. *Rhet.* cap. de  
partibus felicitatis humanae 5. n. 22. quod sit ab  
omnibus virum gravem & autoritate praeditum  
existimari: aut tale aliquid habere, ut id o-  
mnes appetant, aut multi, aut boni, aut pruden-  
tes. Hi autem omnes nihil aliud appe-  
tunt,

tunt, quàm virtutes. Ea de causa Principis Christiani autoritas non tam in corporis magnitudine, quàm virtutum exercitio consistit, per dict. n. 15. addito n. 21. ubi sic dicitur: Et eos scilicet amamus, qui facile obliviscuntur acceptas injurias, neque in animo conservant ac continent, sed quas causas habent de aliis conquerendi, sed placabiles sunt &c. Cæterùm, exaggerando pergit, quod videlicet Imperii Status omnes in eum maximas laudes contulerint, quodque verè Christianus offensiones nihil curaverit. Tò posse autem dati axiomatis practici (quod quis nimirum vult & potest, illud facit) ita dilatetur, quodque hic aliquid remitti possit, in hostis potestate sit, per d. 2. Rhet cap. de possibili & facto 19. n. 1. probet: Si ergo contrarium possibile sit (h. l. iratum esse; vel aliquid illicitè consequi) etiam contrarium (v. c. non iratum esse &c.) videri poterit possibile. Extendi potest hæc possibilitas per n. 5. d. cap. cujus verba ibid, hæc sunt: Et si bonum ac pul-

pulchrum fieri possibile est, & omnino fieri possibile. It. per n. 6. ubi: Et cuius principium, dicitur, potest esse, potest etiam finis. Nihil enim eorum qua impossibilia sunt, aut fit, aut fieri incipit. H. l. dicit, quod virtuosè vivere exorsus sit, & posthàc similem vitam ad extremum halitum usque ducere; adeoque se æquum & bonum præbere queat. Tò posse & velle connectat sic: Nec dubius sum, quin etiam velis & possis &c. Similis ferè tractatio est, quando lædens lælo satisfacere debet. Pergit: Quid multa? non me tam exprimere posse scias (Intercessor pro lubitu adducere potest) quod ego non tuâ causâ debeam, facturusque sim cum studiosè, tum libenter, si hoc beneficii in me amici mei, h. e. mea causâ contuleris ac molestiâ me liberaveris. Et hoc per 1. Rhet. 11. cap. de iucundo n. 37. est: ubi sic: Est & amicus in rebus iucundis. Hac ipsa, vel simili loquendi formulâ sui amici hostem, alioquin suum amicum magis magisque sibi conciliat, per lib. 2. Rhet. 4. n. 11. verba: Eos quoq; amant, qui aut propensi sunt ad alios pecunia adjuvandos,

aut ad eorum salutem defendendam. Hanc dispositionem alii, quos meliori luto finxit Apollo, in meliorem ordinem redigant.

9. NB. Ne in lectione hac quis forte turbaretur, hinc indicandum duxi, me §. 7. 8. & seqq. unam etiam agere voluisse de lædente; quomodo videlicet læsum, vel per Legatum, vel per amicos, vel ipse & ante iudicium, & ante bellicam consultationem tractare debeat, is arma ne arripiat, ita, ut ex hoc, utpotè relative contrario, alterum etiam relative contrarium (quo de opusculi titulus, utpote de eo, quod ut plurimum fit, loquitur) cognosci, quidque læsi officium sit, addisci possit. Quin, potentium nonnullorum mores hi sunt, ut à læsis non secus, ac hætenus deduxi, & in seq. deducetur, conveniri, & quod magis mirum, largè & effusè donari velint, si læso ultrò satisfacere debeant, quo suum obtineat. Quibus præmissis, nigrum ex parte rubro respondebit.

10. Sed, quid tandem Consiliarius suadeat, quando & hoc medium minus idoneum est? Respondetur, quod nul-

nullum aliud Princeps vel Consiliarius  
medium superesse videat, quàm ut Judi-  
cis officiũ de injusto corrigēdo imploret.

11. Sed, quid si legum auxilium cesset?  
Respondetur sequenti modo, in quo scil.  
consistit altera hujusce Tractationis pars.

12. *Ut Princeps, vel ejus  
jussu Consilarii legum auxi-  
lio cessante ante bellicam con-  
sultationem (a) alia etiam  
tentent, (b) is equitatis stu-  
diosus est, (c) si iterum cum  
hoste, vel de Arbitris affectio-  
bus liberis, (d) vel per hostis  
amicum, in primis hostis vici-  
num, eumq; potentem, vel ho-  
ste potentiorem (vel de satisfactio-  
lesi, vel laesus bellum ne moveat &c.) agit*

B 5

(c) ita

(e) ita tamen, ut amicus amici sui saltem gratiã (liceat Ictorum more loqui) interesse suum declaret, (f) Ea de causa amici sui hosti apertè exponat, quod eum unà contrario in casu conjunctis viribus hostili animo aggressurus sit. (g) Quando in hac amicabili compositione tentanda operam perdidit, è re est, ut Princeps querelas suas publici Juris faciat (h) hosteq; non animadvertente, (modò eq; hoc, ac sequentia Christi nitati minùs adversentur) ad bellum necessaria sibi paret, (i) ejusq; terr-

territorium ingrediatur, (k)  
 Et, quantum fieri potest, vel  
 solus, (l) vel cum amicis sive  
 foederatis, ita tamen, ut praesentes vires conjuncta hostis viribus etiam futuris majores sint: neque Princeps alios hostes habeat, maxime hostis amicos. (m) Quod si etiam accidat, ut eorum quidam sibi inimicus atque hostis fuerit, necesse est, ut in ejus gratiam antea redierit. (n)

(a) Non eo modo intelligi volo, ac si Imperator, vel Spirense judicium non tantae auctoritatis sit, quod Statuum lites ibi componi minus possint: sed in

Juris naturæ studiosorum gratiã loquor,  
 i) ut intelligant, quid sibi liciti belli defi-  
 nitio, cum Grotij definitione de Jure B. & P.  
 conveniens velit, quando dico, quod bel-  
 lum sit status per vim certandi obtinendi  
 id, quod singulis in societate humana de-  
 beri videtur, cum NB. legibus obtineri  
 nequit. Et hodie cum voluntate *Or-*

*dinum* ex instrumento pacis læsæ Maje-  
 statis crimen incidunt, qui bellum in Im-  
 perio sine licentia *Cæsaris* movent

l. 3. qui in jussu Principis bellum gesserit ad L.  
 Jul. Majest. Add. Ordinat. Cam. part. 2. tit. 15.  
 ibi: Aus der Kaysersl. Mayest. oder  
 unserm Zugeben. Recess. Imper. de Ann.  
 1555. §. Wer sich aber. Matthias Stepha-  
 ni Discurs. Academ. cap. de Imperatore, Rege  
 Romano, Camera Imperiali, Electoribus &c.  
 eorumq; Juribus & Jurisdictione VI. Petrus  
 de Andlo de Imperio Romano &c. Knich. de  
 territor. jur. cap 3. n 352. Quod autem in-  
 ter Imperii Status bella nonnunquam  
 moveantur, experientia testis est. Optan-  
 dum

dum igitur esset, ut *Imperatoris* & *Spirensis iudicij* auctoritati cederetur.

(b) Scil. vel per amicos, vel per Legatos.

(c) Quare autem æquitatis studiosus habeatur, ratio est *libr. 1. Rhet. cap. de æquo 13. n. 35. Et malle verbis, quàm factis* (h. l. præliô) rem decerni, scil. æquum est. Amplificari potest ex *5. Eth. cap. de æquo x. H. e. Jura sua, quibus nitatur, monstrare debet. Et, quamvis (publico in scripto exponatur) ita sit; nihilominus hoc unicum Princeps intendit, quòd, ut cum illo imperii statu, utpote hoste in gratiam redeat, æquitate ductus de Jure suo non nihil remittere velit. Cur autem ita scribatur, Aristoteles hoc vult d. 5. Eth. 10. ubi: Qui, inquit, non urget Ius summum ad iniquam partem, sed de Iure suo concedit potius, etiamsi lege adjuvetur, is æquus bonus est. Et. lib. 2. Rhet. cap. de Amore 4. n. 21. Et eos, dicitur, amamus, qui obliviscuntur injurias (h. e. perpeffum damnum, vel injustum aliquod quod alioquin prætendi potest*

potest: h. l. sano sensu intelligi volo } neq̄  
 animo conservant ac continent, si quas causas  
 habent de aliis conquerendi, sed placabiles sunt.  
 Quales enim eos in alios esse existimant, tales in  
 se quoq̄ fore arbitrantur.

(d) Et hoc consilium ea ipsa æquitatis  
 causa est, per d. 1. Rhet. 13. n. 35. verb: *Et  
 malle ad arbitrum ire, quàm ad Iudicem, scil.  
 æquum est.* Ex hisce verbis Aristoteli-  
 cis colligitur, quod Princeps ante judici-  
 um, in quo injustum corrigendum alio-  
 quin est, Arbitros affectibus liberos qua-  
 rere possit, Nam sæpè Jus remittendum  
 est, ut bellum vitetur. Videtis Grotium  
 de I. B. & P. lib 2. cap. 24 n. 1. Pergit Aristote-  
 les d. l. Sic: *Arbiter enim æquitatem intuetur,  
 at Iudex legem. Et ejus rei causa repertus est  
 Arbiter, ut æquitas valeat.* Principis Lega-  
 tus hostem quodammodo hæctit ei Ar-  
 bitros magis suadendo, quàm judicium  
 intentando, in quo lædens læso satisfacere  
 seu damnum resarcire debet, per ratio-  
 nem hanc allatam: cum scil. Iudex legi in-  
 hæreat. Etiam si ante susceptum judici-  
 um Arbitros frustra suaserit, nihil tamen  
 im-

impedir, quominus & pendente lite, & postea legum auxilio cessante, eisdem, vel alios juratos Arbitros suadere queat. Nam hoc ipso Princeps ubique æquus, per citata Aristotelis loca, audit, aliorumque Principum amoré captat. Etenim æquus omnis justus est, per *hypothesein* 5. *Eth.* 10. Jam verò, per 2. *Rhet.* 4. justos amamus. Arbitrorum *qualitatem* exposui per hæc verba: *Affectibus liberos.* Nam affectus, per 2. *Rhet.* 1. sunt motiones animi, quibus immutati homines aliter de re judicant, quàm alioquin judicandum esset. E igitur hoc in casu est, ut ab utraque, tam ab hostis, quàm à Principis parte numero æquales Arbitri eligantur, ii que probi affectibus non ita dediti, ut unus eorum alterius partem affinitate attingat, vel unum eorum cum altero necessitudo quædam intercedat; de quibus omnibus videatur *Aristoteles lib. 2. Rhet. 4. n. 36.* Partes amicitie ibi sunt, *sodalitas, necessitudo, cognatio, & quæcumq; talia sunt.* Vel, molestia & voluptas, tales affectus sunt, ut Legatum, vel Arbitrum impediant, quò minus scilicet rectè

rectè judicent. Quò refertur potest ira lib.  
 2. Rhet. 2. misericordia *ibid.* cap. 8. Quibus  
 odium e. g. in religionem addo &c. Et  
 judicare in genere est rei *qualitatem* ob-  
 scuram inquirere, eamque perspicuam  
 reddere. Minus igitur rectè iudicium  
 suum Arbitr à Principis parte constitu-  
 tus interponet, qui hostis Vasallus est;  
 siquidem metûs affectus iudicio obest,  
*per naturam metus lib. 2. Rhet. 5.* Ubi mole-  
 stia, aut perturbatio quædam, definitur, ex ob-  
 jectâ specie imminentis mali, in quo insit vis aut  
 interimendi, aut molestiæ inferenda. E. g.  
 dum vereretur, levem ob causam, tan-  
 quam ob feloniam commissam, feudò ne-  
 privetur. Cæterùm Principis officium  
 hac in re est, ut cognoscat, quo animò, qua  
 conscientia, quibus virtutibus, tam scilicet  
 moralibus, quam intellectualibus Lega-  
 tus, vel Arbitr præditus sit. Cùm is  
 magis hosti etiam, quam Principi favet,  
 consultum non est, ut id officii gerat, *per*  
*hypothesein 5. pol. 9.* Sic in similibus affecti-  
 bus se habet, *per 2. Rhet. 1. n. 6.* ubi: Neq;  
 enim, dicitur, eadem videntur iis, qui amant,  
 neq;

*neq; iratis, & iis, qui sedato ac composito animo sunt.* Ratio hujus consequentiæ est data affectûs definitio. Quapropter Princeps eum Arbitrum, vel Legatum hosti alioquin subjectum ad istum ablegare non debet, nec eum, qui Principi irascitur. Nam verendum est, sui vindictam ne quarat, per 2. Rhet. cap. de ira 2. quæ est appetitio cum aegritudine conjuncta ulciscendi, opinionione quidem nostra, ejus, qui aut nos ipsos, aut nostrorum aliquem, cum id eum facere, non conveniret neglexisse videatur. Add. supra §. 7. lit. d. Ut igitur Princeps de Consiliariis amore quovis in negotio certus sit, eos negligere, consequenter ad iram commovere non debet. Et principem hoc ipsum decet, ut cum Consiliariis tanquam amicis conversetur, eosque sic tractet. Nec obest, quod inæqualis saltem amicitia h. l. sit. Respondeo, quod per officiorum, vel (*liceat hic dicere*) beneficiorum compensationem amicitia inæqualitas tollatur; quod semper fit, quando is, quò inferior est, eum h. l. Principem, qui dignitate, potentiâ, autoritate, opibus,

bus, aliisque rebus superior est, eò majori amore, observantiâ cæterisque officiis prolequitur, per hypothef. 8. Eth. Quâ, ( utpote per hypothefin 1. post. anal. m. 10. principiô quodam ) positâ, ejus conclusio est l. 4. C. de contrahenda stipul. l. 4. C. locati cond. In illa enim Imperator Alexander Ulpianum amicum suum appellat; in hac verò suum parentem. Hinc non possunt non Consiliarii Principem suum amare. Qua de causa in analysi mea, Hippolyti à Collibus de Consiliario cap. de Consiliarij dilectione erga suum principem, hanc propositionem ex amoris definitione feci: *Verus seu virtute præditus Consiliarius in sui Principis ac Reipubl. non autem in sui ipsius commodum de illis benè merendo vitæ suæ rationem transmittit, Et prospero eventu subsecuto, Principis,*  
*præ-*

præcipuè verò Reipubl. non  
verò sui ipsius causâ gaudet.

Nam amare, ibi esse dixi ex 2. Rhet. 4. velle  
alicui ea, quæ bona arbitrare, idq; ejus causâ,  
non tuâ, adeoq; pro viribus procuranda ac con-  
ficienda propensum esse. Jam verò de offi-  
cio in genere d. 5. Pol. 9. amor vel benevolen-  
tia erga eum, vel erga id, cui quis præfici-  
tur, prædicatur. Nec Arbitrum, vel Le-  
gatum Princeps eum ad hostem mittere  
debet, cujus sibi odium Consiliarius con-  
ciliavit, per d. 2. Rhet. 4. cùm hoc sanari ne-  
queat, & ad alicujus h. l. Principis interitû  
tendat. Add. Elem. 1. V. pag. de amore &  
odio 54 seq. consule etiã hîc § 5. lit. d. Nec  
eum, qui valdè cupidus est. Hanc au-  
tem cupiditatem Princeps ex Consiliarii  
injustitia colligit. Hinc ipse majorum  
honorum, vel divitiarum intuitu in Prin-  
cipis sui maximum præjudicium corrumpi  
potest, per d. 2. Rhet. 1. n. 8. verba: Et cu-  
pienti quidem, atq; ad bene sperandum propense,  
si suave sit, quod futurum proponitur, & fore  
videtur: ei autem qui & cupiditate vacuus est,  
& egrè

*& agrè ad sperandum adducitur, & contra.*  
 Et quid aureæ catenæ, aurea pocula Jo-  
 achimicis, vel Ducatis repleta effecerint,  
 alii loquantur. Nec mirum: cùm atheis  
 non patria modò, sed & Parentes & reli-  
 gio venales sint. Ejusmodi immania  
 peccata à Juris naturæ studiosis, utpote  
 futuris Politicis ne committantur, iis com-  
 mendatur Grosgebaueri aureus libellus:  
 Præservativ wieder die Pest der heutigen  
 Atheisten. Quod insuper nec improbi,  
 nec imprudentes, nec illi, de quibus hæc  
 nus egi, in Arbitros eligi queant, patet et-  
 iam ex d. 2. Rhet. 1. n. 10. verbis: *sunt autem*  
*hæc, prudentia, virtus & benevolentia. Nam*  
*propter hæc aut propter eorum*  
*aliquid, in dando consilio*  
*mentiantur. Num. 11. Aut enim per*  
*imprudentiam non rectè opinantur: aut cum*  
*rectè opinantur, per improbitatem non dicunt*  
*ea, quæ videntur: aut prudentes quidem &*  
*boni viri sint, sed non benevolentes, vulgò*  
*sind partheyisch: Num. 12. Quò fit, ut*  
*cum*

cum quid sit factu optimum, norint, non tamen id suadeant: neq; prætereà alia ejus rei causa reperiri potest.

(e) Dum videlicet læso satisfacere non vult. Qui verò à lædentis parte stat, dicit, quod eum unà defensurus sit. Necessè autem est, ut hoc in casu lædentis amicus sufficientis retaliendi damni modum anteà exposuerit. Hinc læsus, qui scilicet ut hostis metuitur, flecti potest: modò hostis ipse sciat, illum reverà potentem esse. Nam hoc ipso hostis animus ad metus affectum præparatur, per 2. Rhet. 7. 2. Non enim, Philosophus ibi inquit, omnia mala metuit quis &c. Sed quacunq; aut magnas molestias afferre, aut etiam interire possunt. Atq; ea ipsa ita demum, si non longè distent, sed propinqua sint, ita, ut imminant. Homines enim ea, quæ longè absunt (h. l. si Principis amicus longè distat ab hoste) non timent &c. Sed quia id prope esse non putant, non laborant. Ex quibus hostis colligit, quod potentia cujusdam nec quantitate, nec militum qualitate solam, sed & ex loci propinquitate aestimari possit.

possit. Hinc pacis etiam tempore de  
 defensivo bello consilium capi debet,  
 per Observat. 26 lit. W. & K. Tract. de Foede-  
 ribus. Add. ibid. Observ. II. verba: Et  
 potius de alio amico &c: Exempla nonnul-  
 lis odiosa æque ibi, ac hinc lubens omisi.  
 Cæterum, hostis (modò bonis ingenij doti-  
 bus instructus, vel eruditus sit) illius axioma-  
 tis practici lib. 2. Rhet. de possibili &c. 19.  
 recordatur: *Quod quis nim.  
 vult & potest, illud facit.*  
 Item, quod bonum & jucundum sit, plu-  
 res felicitatis partes, utpote Præfecturas  
 vulgò Membræ/ vel civitates, vel comi-  
 tatus &c. consequi posse. Hinc ab ho-  
 stis parte metus est, per d. 2. Rhet. 5. n. 5.  
 prope enim, ibi dicitur, adesse videtur, quod  
 terribile est. Nam & hoc ipsum periculum  
 est rei terribilis appropinquatio. Terribi-  
 lem h. l. hostis Principis amicum ob-  
 propinquitatem, sat potentem concipit  
 ita, ut eundem unà metuat, idem Duca-  
 tum suum accessionibus ne augeat, per d.  
 axioma practicum. Add. cit. Aristotelis  
 lib.

lib. cap. de Metu 5. Talia autem (scil. terri-  
bilia) sunt inimicitia & ira potentium. Con-  
stat enim eos & velle, & posse, na, t inibi jam  
sit, ut faciant. Ratio respectu tñ velle  
per ira definitionem, & amici naturam patet.

In illa enim suprà dicebatur: *Aut no-*  
*strorum aliquem, cum id e-*  
*um facere non conveniret,*  
*neglexisse videatur:* Et amicus

est quasi alter ego, per 2. Rhet 4. n. 4. verba:  
Hus autem positus, necesse est, amicum esse eum,  
qui una gaudet bonis, doletq, adversis alterius,  
nullam aliam ob causam, nisi propter illum.  
Inde è Principis re est, ut eo in casu, quo  
de parentheseos verba §. 12. loquuntur,  
sibi illum amicum quærat, qui & potens,  
& vicinus hosti sit, quemque ipse e. g.  
ob contemptus speciem, vel injuriam ali-  
quando metuere debet. Hinc uberrimus  
quoque est observ: 26. Tract. de Fæde-  
ribus, quæ mentem meam explicat.

(f) Per dictam amicitia naturam lit. præc. ex  
2. Rhet.

2. Rhet. 4. verb: *His autem positis, necesse est  
amicum esse eum &c.* Et ibid: *Et quibus,  
dicitur, jam eadem bona sunt, & eadem mala.*  
Bonum à parte amici h. l. humanæ quæ-  
dam felicitatis pars esse potest e. g. quietè  
vivere, per 1. Rhet. cap. de partibus felicitatis  
humane V. Hinc ratio est, quare sæpè  
Respublicæ in gratiam alterius Reipubl.  
&c. ne summis quidem Ducibus par-  
cant. Exemplum vide in Cornelio Nepote  
cap. 8. Hannibal. verb: *At Hannibal omnes  
&c. usque ad illa verba: qua fratrem poenâ  
affecerunt.*

(g) Ut ipsi metum incutiat, proptereaq;  
hostis animum mutet, per lit. (e) hinc sub ini-  
tium ferè.

(h) Eo scil. in casu, quando Principi da-  
mnum refundere lædens detrectat; vel  
læsus conditionem satisfactionis respuit.  
Ratiomea hæc est, quod hinc ipso Prin-  
ceps sibi multos amicos conciliet, ne eos  
metuere necesse habeat. Ad aliorum  
autem Principum benevolentiam captan-  
dam, in exponendis querelis, veluti ho-  
stis injustitiâ, certa dispositio observari  
pot.

potest, (1) Ut Consiliarius Principis sui obedientiam erga Imperatorem, ejusque judicia, nec non Justitiam ipsius tam erga subjectos, quam erga cæteros Imperii Status, nec minùs concordiam exponat, quamque ad *aquitatem*, quavis etiam in re laesus, semper pronus fuerit. Hinc hisce in ordinem redactis à cæteris Principibus, utpote publici scripti lectoribus, eorumq; Consiliariis, cæterisque Imperii Statibus, amatur, per citata *Aristotelis loca lit. (c)*

(2) hostis injustum publico in scripto dilatat, per lib. 1. *Rhet. Cap. de Injuriis (delictis)* comparatè: & *que majores sint XIV. ubi n. 1.* Propositio amplificanda hæc est:

*Majores injuria sunt, quæ à majore injustitia manant.*

*Quò fit, ut etiã quæ minima videntur, interdum sint maxima.* Quomodo, & per quas propositiones magna illa injuria e. g. Imperatori, utpote supremo Judici in Imperio,

C rio,

rio, eique injustum corrigenti illata minus  
 scil. obediendo, vel aliàs ejuldem Judi-  
 cia, vel Comitia floccipendendo exagge-  
 rari possit, addiscitur ex lib. 1. Rhet. d. cap 14.  
 expositione in Enthymematibus meis in presen-  
 tione hujus opusculi n. 5. cit. (3) sequatur cir-  
 cumstantiæ 7<sup>a</sup> *Quid qualitas*, (qua videli-  
 cet illicitum factum est) quo de Princeps ut-  
 pote Imperii Status publico in scripto  
 conqueritur. Jam verò, illicitum seu  
 injustum factum est, quod contra legem  
 quandam est. Qualis igitur h. l. lex sit,  
 exprimi debet. E. g. lex est Imperii Res-  
 cessus de Anno 1555. §. In solcher fürger-  
 zogener 14. seq. & §. setzen demnach/  
 ordnen &c. ubi, quod nemo, cujuscunq;  
 Status, dignitatis aut gradus ille sit, alter-  
 rum sub quocunque prætextu invadere,  
 lædere aut damna injuriasvè ei inferre,  
 bona violenter auferre præsumere au-  
 deat. Ex quo fit, ut cæteri etiam Status,  
 quibus Imperatoris, ejusque judiciorum  
 autoritas eordi est, in injustum illum Sta-  
 tum irâ incendantur, Electores in pri-  
 mis;

mis; quippe qui æque ac Imperator ab isto nihili habentur, per supra citatam itæ definitionem, ubi dicitur: *Qui aut nos ipsos, aut nostrorum aliquem, cum id eum facere non conveniret, neglexisse videatur.* Contemptus ratione Statuum ex cujuslibet Recessu liquet: cum non in dicto modo Recessu de Anno 1555, sed & in aliis sub initium ferè legamus: *Unsern und des Reichs Stände und Gliedere &c. It. Recess. Ann. 1557. Derowegen wir uns damahls mit der Churfürsten Råthen / der erscheinenden Fürsten / Ständen &c.* Sic in aliis Imperii legibus fundamentalibus se haber. Quò major igitur amor in Imperatorem Imperiique leges est, eò major industria à quolibet Statu adhibetur, ut vitiosum illud membrum, intellige injustus ille Imperii Status vel emendetur, vel removeatur &c.

Wann Er nehmlichen von Land und  
 Leuten gejaget / und sein Lehn einem  
 andern gegeben wird. (4) Ad majo-  
 rem Statuum amorem sibi conciliandum  
 eorum arbitrio judicandum relinquat  
 dicens: Num tantus vulgaris sui ipsius  
 amor, ipsum injustum impellat, equidem  
 non dixerim, sed Imperatori, omniumque  
 Statuum judicio relinquo; quippe qui  
 adversarius meus in infinitum appetit  
 h. l. vel divitias, vel honores. Et metu-  
 endum, adversus alios eadem de causâ  
 potentior factus bellum ne suscipiat.  
 Quare autem ita rariocinet, causa est  
*Arist lib. 1. Rhet. cap. de Reb. jucundis pertinenti-*  
*bus ad cupiditatem unam de causis injuria-*  
*rum XI.* Quomagus causæ hæ, per con-  
 sequens vulgaris ille sui ipsius amor, dila-  
 tantur, isteque Principis hostis tanquam  
 cæterorum Statuum hostis eis sistitur, et  
 magis irati redduntur, ita, ut vindictam  
 sitiant, eique malo mederi alloborent.  
 De hoc amore sui vide *Elem. Jur. univ. pag.*  
*474. §. 5. verb: Hic amor sui &c. (5) Ad*  
 majo:

majorem & Imperatoris, & Statuum a-  
 morem sibi parandum in publico scripto  
 Princeps (sive alius Status, quicumque etiam sit,  
 quo de hinc sermo est) ea omnia ordine enar-  
 ret, quæ equitate duce hactenus frustra  
 tentaverit, intellige ea §. 6. seqq. H. e.  
 dicat, quod nihil magis in votis habuerit,  
 quam ut cum illo, (à quo damnum perpeffus  
 est, vel e. g. eum, quem ob exiguum damnum  
 quod refundere hactenus paratus fuerit jam  
 metuit) quietè pacificeque vivere potue-  
 rit: cum naturæ suæ nihil magis adverfc-  
 tur, quam cum eo lites foyere, quo cum  
 ntpote Imperii Statu quasi unum quoda-  
 dam esse deberet. Hujus consecutio-  
 nis (cujus effectus amor est) fundamentum  
 esto lib. 2. Rhet. de Amore 4. ubi: illos ama-  
 mus, Philolopus inquit, quorum convictus  
 ac consuetudo suavis est. Tales autem sunt,  
 qui faciles sunt, neq; ad aliena peccata redar-  
 guenda propensi, neq; concertationum (h. l. bel-  
 liinjusti) avidi, neq; contentiosi. Omnes enim,  
 qui tales sunt, pugnaces sunt, & qui pugnant,  
 velle videntur contraria. Quoniam autem  
 amoris effectus est (per definitionem 2. Rhet.

4.) ut quis ejus causâ, quem amat, opere-  
 tur, sequitur in publico scripto (6) dum  
 videlicet cæteros Imperii Status rogat,  
 ut ipsi intercedant, (ut scil. vel damnum à  
 ledente resarciatur laeso: vel laesus ad arma ne  
 migret) vel intercessione frustra tentatâ,  
 ei candidè subveniant. Quo in casu Im-  
 perator, vel Spirensis judicium iterum  
 implorari potest. Adde Grotium de Jure  
 B. & P. lib. 2. cap. 25. n. 7. ubi honestum  
 esse dicitur, ut alter alteri injustè oppresso  
 subveniat. Ratio facilis est: cum inter  
 Imperii Status societas sit: & societas  
 quasi unum quoddam ex quibusdam vel  
 multis hominibus operatione sua ad ali-  
 quod bonum tendentibus. Bonum h. l.  
 est societatis e. g. Imperii Romano-Ger-  
 manici conservatio. Hinc quilibet Im-  
 perii Status (qui ejus conservationem, quan-  
 tum in se, intendit) ex lib. 1. Rhet. 5. hanc ma-  
 jorem sumit: *Quicquid facit ad  
 felicitatem (Imperij Romano Germanici)  
 vel ad partem ejusdem, illud*  
 est

*est suadendum ac suscipiendū.*

(7) tandem Princeps officia omnia paratissima repromittat.

(i) E. g. amicos, milites, arma &c; quorum optimum medium pecunia est. Quomodo autem & hæc parari, multique milites facile ali queant, in *Tract. citat. prefat. hic, n. 2.* dicam.

(k) Quoniam commeatus ratio in bello quoque haberi debet, ne fames pugnet intrinsecus, & plures interficiat, quam gladius. Quando igitur necessaria ad bellum hoste ignorante parantur, milites hostis territorium invadentes ea inveniunt, undè alantur. Si enim hostis præsciret, sibi bellum inferri, ad victum necessaria in urbes obsidione cingendas importanda curaret. Add. J. W. H.

Erinnerung von Kriegswesen / cap. 1. pag. 35. Verb: Der Krieg zu Hause ist viel schwerer unnd gefährlicher als aufferhalb. Dann die Beschützung thut man aufferhalb und in der ferne  
viel

viel leichter/ als zu Hause. So thut man weißlich / daß man in der ferne Krieg führe / ehe man den nahenden Dämpffe. It. pag. 18 In eines andern Land führet man mit weniger Schaden Krieg. Ob gleich grössere Unkosten auff den Krieg gewendet werden müssen / als in seinem Lande. Idem pag. 5. d. 1.

(1) Nam, etsi per 1. Rhet. 5. n. 5. felicitatis humanæ pars est multos habere amicos: belli tamen intuitu, certo respectu consultum nonnunquam non est, per observationem 9. lit. (c) de Fœderibus. Sequens igitur ex principiis meis esto: Cùm quis solus hoste potentior est, consultius est, ut cæteros Principes amicos, quàm eos fœderatos habeat. Conclusio etiam est in J. W. H. Regulis pag. 31. Ein Fürste sol zuvor alle andere Mittel zur hand nehmen/ ehe er seine Zuflucht bey fremden Volck suchen / und dasselbe in sein Land führen wolle / solches zubeschützen /

ben / wenn er demselben trawen darff.  
Dann alle Verträge und Bedingung  
mit dem Feinde kommen ihm leichter  
an / als solche Mittel.

(m) Per 2 Rhet. 4. n. 6. *Et qui iisdem, dici-  
tur, amici sunt, iisdem inimici. Eos enim nec-  
esse est, idem velle. H. e. amici mei, amicum  
amo; hostis verò amicus, odio mihi  
est.*

(n) *Per definitionem ira & hostis.* Hic enim  
substantiam alicujus vel destruere, vel e-  
vertere, vel molestiam inferre studet.  
Cùm igitur molestia ab iis metuenda sit,  
in quibus iræ restinctio non apparet, ante  
omnia lenis reddi debuit is, qui Principi  
irascebatur. Definitur autem *delinitio*  
*lib. 2. Rhet. cap. 3. quod sit sedatio & restinctio*  
*ira.* Et iratus, utpote hostis, nondum de-  
bitè reconciliatus seu lenis redditus, sui  
vindictam datâ occasione quærit. Hinc  
conclusio est J. W. H. d. 1 pag. 6. Wenn  
ein Krieg nicht wol hingeleget ist / und  
man wil zu einen andern greiffen / sol-  
ches ist eine grosse Thorheit.

13. Verùm, nec hisce, de quibus hæc-  
nus egimus, prosperè subsecutis, quid  
consilii? Respondeo, quod ad bellicam  
consultationem via pateat.

14. Quæris, quomodo autem de bello  
consultatur? Respondebitur in citata  
*Tractatione mea num. 2. in præfatione hîc.*

15. Insurgas Zoile dicens, hæc dissecta  
in praxi rarè, vel nunquàm observari.  
Scias velim hoc, quod eruditi cujusdam  
objectio hæc non sit. Consulas velim  
§. 29. & præfationem *Tract. de Fœderibus.*  
Nec tam elati animi sum, ut prudentiâ,  
rebusque omnibus perpolitos hîc docere  
velim; sed in gratiam Juris naturæ Stu-  
diosorum opuscula mea eduntur. Idem  
præter illa in præfatione exposita *Analysin*  
*meam in Hippolytum à Collibus de Consiliario,*  
*item Antiatheistica fundamenta, h. e. Theo-*  
*logiam naturalem* suo loco B. C. D. habe-  
bunt. Interea quilibet eorum sibi *Grof-*  
*gebaueri Præservativ wieder die Pest der*  
*heutigen Atheisten/* libellum à nullo  
*Theologorum vel Politicorum* satis lau-  
datum

datu  
m

Pag.  
le  
L

datum commendatum habeto. Cui si-  
mili in materia Dn. Doct. Mulleri,  
Hamburg. eruditum opus ad-  
dere volo, debeo.

## Appendix.

Pag. 25. lin. 15. post vocem *Consiliariorum*  
legatur: *quorundam*. Cætera benevolo  
Lectori committo.

F I N I S.



compendium habito. Cui si  
nulli in materia de Dog. Malheri  
f. 100. ung. eruditum opus ad  
dece vobis. Leber.

### Appendix

pag. 25. in 12. post vocem Constitutionum  
legitur: primum. Ceteris deinceps  
legitur: committitur, non sunt  
legitur: in materia de Dog.



P  
C  
R  
D  
M




AB 147 622


X 261 4060

R

VD 17


6.00 Koch





Farbkarte #13

B.I.G.



OFFICIUM  
PRINCIPIS ET  
CONSILIARI-  
ORUM

2

*Quodnam sit,*  
quàm is læsus in judi-  
centem conveniat; vel, legum  
cessante, quodnam illorum  
cium ante bellicam con-  
sultationem sit?

*Autore*

THÆO STIERIO  
I. L., Praet. Hannover:



HANNOVERAE,  
Impensis Autoris,  
GEORGII FRIDERICI  
IMMI, MDCCLXXII.

